uel incõmodum. Propterea concludo alterũ ex here
dib⁹ tráſigentis ſoluꝫ penã incurrere pro ea pte hereditaria quam defunctus repreſentat vt dicto.§.cato vbi eſt caſus in terminis coniuncto dicto Pet.de bellaper.qui decidendo tenuit ꝙ obligatus ad non agendum vel non excipiendum dicitur obligatus facti diuidui ut no.per eũ in originalibus ſuis in.d.§.cato cuius uerba refert bar.e.§.in.iiij.q. Propter ꝙ concludo quod ſi.d.b.ſimpliciter ſupplicaſſet dicto comiti uirtutum aut ſupplicationem ꝑ aliuꝫ productam inter cartularia archiuiij paduani regiſtrari feciſſet interpellando iudicem ut ſuperius dictum eſt quod ſine dubio dictus.b.dictã penam ſoluꝫ pro parte dimidia incurriſſet eo ſolũ ꝙ ꝓ dimidia heres extitit tranſigenti.
Uerum qꝛ in prepoſita queſtione contra tranſactioñe ꝑdictam eſt uentum ex cauſa in ſupplicatione inſerta que ſi uera eſſet totam tranſactionem reſcinderet ⁊ coheredi etiam non impugnanti ex poſtfacto tamen ipugnare uolẽti cõmodũ finale affert eo quod in dicta ſupplicatione proponitur ipſam tranſactioñe fuiſſe factam metu ⁊ fauore tyranico quod ſi uerum eſſet tota tranſactio reſcindenda eſſet eo quod metus mulieri unice que tranſegit pro parte inferri non potuit cõtra omnes heredes tráſigentes pena cõmittitur eo quod premitiua obligatio de non ueniendo cõtra indiuiduum iudicatur cum obſeruare pro parte utilitatem non afferat in reſiduo cuius põt peti reſciſſio d̃clarato metu ⁊ hoc importat neceſſaria cõnexitas cauſe quinimo ⁊ idẽtitas reſpiciens tam pſonã.b.heredis pro pte quam perſonã coheredis ſui qui adhuc nõ fuit auſus contrauenire.ſed defacili poſſet ſi uellet tranſactõe reſciſſa per metũ ex quo dictus metus omnes heredes reſpicit vniformiter ⁊ inſolidum ſicut ⁊ defunctũ ſimiliter reſpexit inſolidũ ⁊ hoc dicit bar.expreſſe recte intelligẽdo euꝫ in dicta.iiij.q.propter que concludo per factum dicti.b.cõtrauenientis penam cõmiſſam inſolidum contra oẽs heredes ex quo factum tale diuiſionem non recipit. Sed in quantum coheres qui contra nõ fecit damnum in aliquo ſupportaret qꝛ conuentus ex contrafactione per.b.penaꝫ ſoluat ſolidam uel pro parte uel alia damna uel intereſſe ſubſtineat coheres dicti.b.ad recuperationẽ poteſt habere recurſum contra ipſuꝫ.b.qui delinquit caſus eſt in.d.l.ij.§.ex his.ff.de uer.ob. ⁊ hec uera ſũt reiectis ſuperfluis que tam circa perſonã promiſſoris quam eius heredẽ dici poſſent. Circa hanc materiam diuidui uel indiuidui quãtum attinet ad ſolam cõmiſſionem penaꝝ ⁊ hec habundanter de quarto ſufficiant. Fuerunt enim omnes ſtipulationes in dicto inſtrumento tráſactionis inſerte cõuẽtionales aut pretorie in quibus eſſet aliter diſtinguenduꝫ ſed hoc ad preſens attingere non eſt noſtꝛ. Super quo uirtus quaſi tota queſitoꝝ conſiſtit. Nam ⁊ ſi reuera ſupplicatio uel regiſtratio aut utrũqꝫ per.d.b.facta fuerint ſi tamen per eundem factam non probant̃ ſequi dꝫ abſolutio a petitis quoniã non ius ſed probatio deſficit ⁊ hoc ſufficit ad rei conuenti abſolutoriã ut.ff.de teſta.tu.l.duo ſunt titij.quod autẽ ſatis habunde aut ſaltim ſufficienter probatũ ſit dictum.b.dictã ſupplicationẽ dicto comiti virtutum exhibuiſſe ⁊ ꝓduxiſſe probatum eſt pluſqꝫ clare ꝑ dictuꝫ naſinbene de citadella qui de viſu ⁊ auditu ⁊ d̃ loco ⁊ tempore ⁊ conteſtibus deponit ut patet ex eius teſtimonio reddito ſuper primo ⁊ octauo capitulis ſcd̃e module nec curo nec aiaduerto an dictus.b.ſupplicationem mutauerit uel mutare potuerit an illã dederit uel dare potuerit ex quo idem teſtis deponit ſe uidiſſe audiuiſſe ⁊ ꝑ̃ſentem fuiſſe quando ſupplicatio ꝓducta fuit ꝑ dictum.b.dicto comiti virtutũ illius tenore ⁊ cõtinẽtie cuius eſt ſupplicatio ſupradicta in dictis actis reducta. Nã ⁊ ſi mille ſupplicationes dediſſet quid ad rem ex quo inter eos fuit una ſupplicatio tenore ⁊ cõtinẽtie ſupradicte ⁊ ideo pluſqꝫ deriſoriũ eſt querere an dcã ſupplicatio in act̃ regiſtrata ⁊ i archiuio cõis paduani deſcripta fuerit original̃ an exẽplũ uel exẽplũ exẽpli aut exẽploꝝ mille qm̃ hec nõ q̃rim⁹ cui⁹ manu ſcripta fuerit ſꝫ ſolũ hoc an ita ſupplicatũ fuerit comiti virtutũ ⁊ an eiuſdẽ ꝯtinẽtie ⁊ tenoris ad inſtãtiam .d.b.ſupplicatio dicte cõtinẽtie uel comiti pſentata ⁊ ex parte dicti comitis tranſmiſſa tunc ſuis iudicibus paduanis regiſtrata fuerit ad inſtantiaꝫ dicti.b.vnde deſcriptoris manu querendum non eſt ex quo de pſona ſupplicantis conſtat.C.de preci.ipe.of.l.vniuer. ⁊ in.c.i.de reſcrip.li.vi. Coadiuuat̃ aũt atteſtatio dicti naſcinbenis ex aduerſus adminiculis ꝓbatis in dicto iudicio.probauit eim dict⁹ daniel ⁊.d.Bal.d̃ pluꝫ.ꝙ iter ipm.b. ⁊.a.uerbalis altercatio facta fuit eo ꝙ ipſe.a.dciũ.b.icrepat ꝙ ipſe.b.porrexerat vnam ſupplicationem comiti uirtutum occaſione hereditatis de qua in ſupplicatione fit mentio ⁊ quod idem.b.dicebat ꝙ non dederat ſupplicationem aliquam aliquid continentem per quod veniretur contra tranſactionem de quo in actis fit mentio ⁊ ꝙ credebat ſe adiuuare de iure ꝙ contra dictam tranſactionem non venerat: vnde tacite annuebat ſe occaſione dicte hereditatis ſupplicaſſe ſed negabat contra tranſactionem veniſſe. De ſupplicatione autem ⁊ eius forma conſtat per atteſtationem domini naſinbẽnis ex qua colligitur an contrauenerit nec ne nec apparet ipſum.b.aliter vel in alia forma ſupplicaſſe aut aliam ſupplicationem feciſſe: vnde nec aliud aut aliam preſumere debemus cum hec facti ſint ⁊ in facto conſiſtant ⁊ facta non preſumantur in dubio niſi quatenus probantur.C.de proba.l.i. ⁊.ff.de capti.l.in bello.§.facte. Coadiuuatur etiam dictum dominum naſinbenis ex alio adminiculo probato ſufficienter ⁊ abũde per lancilotum trepelum deponentem principaliter ſuper tertio capitulo ſecunde module. ⁊ per petrum notarium quondam Rogerij examinatum ſuper duodecimo capitulo ⁊ decimoſeptimo dicte ſecunde module ⁊ etiam ſuper decimooctauo. Quod quidem teſtes ſunt conteſtes ⁊ deponunt ſuper dictis capitulis prout examinati fuerunt ꝙ ad inſtantiam dicti.b. ⁊ ad eius ſolicitudinem ⁊ requiſitionem de iuſſu ⁊ mandato vicarij tunc poteſtatis paduani ſupplicatio de qua premittitur continentie ſupradicte fuit inter dicta cartularia regiſtrata propter quam regiſtrationem eius ſumptu ⁊ ſolicitudine factam cuiuſcũqꝫ manu dicta ſupplicatio eſſet ſcripta ueriſimile eſt ⁊ cõiecturari debemus ꝙ idem.b.dictam ſupplicationẽ produxerit domino comiti aut ſaltim productam ei⁹ nomine ratã habuerit ex quo eam regiſtrari fecit ſuo ſumptu ⁊ ad perpetuam rei memoriam nõ eſt veriſimile qd̃ laborare uoluerit in vanum aut etiam ꝑ̃dictos ſumptus facere maxime ſi dictus.b.eſſet homo diligens ⁊ iur.peritus ut.ff.de ꝓba.l.cum indebito coniuncta.l.i.C.qui ⁊ aduerſus quos ⁊ cõiuncto eo qd̃ habetur in.l.ſi profeſſio.C.de mu.pa.li.x. ⁊ quod ad ſolicitudineꝫ dicti.b.fuit dicti tenoris quedam ſupplicatio regiſtrata tenore ⁊ continentie ſupradicte ⁊ ſimiliter plene probatur qd̃ per ſer Guil.ſer Facini notarium ſup.xvij.xviij.xix.capitulis dicte module. Cuꝫ igitur verba ſupplicationis predicte ſint in perſona dicti b.directe concepta ut ſuplicantis cui dubium ꝙ per hanc regiſtrationẽ ad ſolicitudinem eius factã ipſuꝫ ſupplicaſſe probatur uſus eſt enim in iudicio dicta ſcriptura cõtinẽte qd̃ ipſe idem ſupplicauit vnde per vſuꝫ aſſerere intelligit̃ omnia uera eſſe que in eadem ſcriptura tenentur.C.de ſide inſtru.auten.ad hec ⁊ in cor.vnde ſumi.ꝙ tenet Inno.expreſſe de excep.cum venera. ⁊ per eundem de cẽſi.olim ⁊ ibi per Jo.an. ⁊ facit optime in corp.de hijs qui ingre.ad ap.§.illud ver.ſanci. Concludendũ eſt igitur ex predictis ſupra dicto quarto capitulo ſufficienter ⁊ plene fore probatum dictũ.b.dicto comiti virtutum ſupplicaſſe probatur dictũ dominum naſinbene ſuper veritate facti deponentem. Secundo per vſuꝫ dicte ſcripture factum per dciũ.b.coram dicto vicario qui quidem uſus ꝓbatus eſt per dictos tres teſtes ex quo reſultat tacita iudicialis confeſſio dicti.b.ꝙ ipſe idem ſupplicauit comiti virtutum in forma predicta ac etiam per eoſdem tres teſtes probantes de viſu pluſq̃ꝫ habundanter ꝓbatum exiſtit ⁊ extitit qd̃ de mandato uicarij ad requiſitionem ⁊ ſolicitudinem dicti.b.fuit dicta ſupplicatio dicte continentie regiſtrata vnde tam per exhibitionem quam per interpellationem dicti vicarij ſuper regiſtratione predicta dico penam incurſam fore ⁊ maxime qꝛ ⁊ ſi ſingula nõ prodeſſent tam plura ⁊ multa iuuant. Nec obſt.ſi dicatur qd̃ non eſt credendum atteſtatori domini naſcinbenis ꝓpter duo. Primo qꝛ ⁊ ſi eius deficeret atteſtatio ſufficit teſtimonium alioꝝ deponentium de vſu ſupplicationis cõtinentie ꝑ̃dicte per quem vſum probat̃ ut dixi dictum.b.dicto comiti ſupplicaſſe ex quo ſupplicationis tenor deſignat ipſum.b.ſupplicaſſe. Secũdo qꝛ dicto domino naſcinbeni exceptio infamie cauſate ex condẽnationem ꝑ̃dicta non poteſt opponi obſtante decreto domini. vnde ⁊ ſi dominus paduanus ad famã reſtituere non poſſit cũ in

famia eſt